



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis quid denuò baptizati sunt. xlviij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



firmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de aliqua excusatione, & sic sine baptismo moritur, deponatur.

*De illis qui denuo baptizati sunt. Cap. XLVIII.*

**H**is verò, de quibus similiter dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti, vel errore traducti sunt, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodienda moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant Vnitatem. Tempora autem pœnitentiæ habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout conuerforum animos inspexeris esse deuotos, pariterque etiam habentes ætatis senilis intuitum, & periculorum quorumque aut ægritudinum respicientes necessitates. In quibus si quis ita grauitè vrgeatur, vt dum adhuc pœnitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem cõmunionis gratia subueniri.

*Ex decr. Leonis papa, ad Nicetã episcopum Aquiliensem, cap. 47.*

*De hoc si paruulus ægrotans ad quemlibet presbyterorum baptismi gratia defertur. Cap. XLIX.*

**S**i paruulus ægrotans ad quemlibet presbyterorum baptismi gratia de cuiuslibet parochia allatus fuerit, ei baptismi sacramentum non denegetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectauerit, & ille paruulus absque baptismatis, gratia mortuus fuerit, nouerit ille se, qui eum non baptizauit, pro eius anima rationem redditurum, & apud synodum acerrime corrigendum.

*Ex decr. Eugenij papa, ca. 6.*

*De illis qui bis vel ter cõfirmati vel baptizati sunt. Cap. L.*

**D**ictum nobis est, quod quidam de plebe bis, aut ter, ab episcopis ignorantibus tamen eisdem episcopis confirmantur. Nnde nobis visum est, eandem cõfirmationem, sicut nec baptismum, iterari minimè debere: quia bis vel amplius baptizatos aut confirmatos, non seculo sed soli domino sub habitu regulari vel clericali religiosissimè famulari decretum est.

*Ex concilio Teraco nensi, ca. 6.*

*De illis qui bis ignorantes baptizati sunt. Cap. LI.*

**Q**ui bis ignorantes baptizati sunt non indigent pro eo pœnitere, nisi quod secundum canones non possunt ordinari, nisi magna aliqua necessitas cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt,

*Ex pœnitentiæ Theodoro, cap. 14.*

Q iij